

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 1: De Deo (17)

Idem (Augustinus), in *Soliloquiis*:

Constanter Deo crede, eique te
totum committe, quantum potes.
Noli velle esse quasi proprius et in tua
potestate; sed ejus clementissimi et
utilissimi Domini te servum esse
profiteri: ita enim te ad se sublevare non
desinet, nihilque tibi evenire permittet,
nisi quod tibi prosit, etiamsi nescias.

Constanter deo crede eique te
totum conmitte quantum potes.
Noli esse velle quasi proprius et in tua
potestate, sed eius clementissimi et
utilissimi domini te servum esse
profiteri. Ita enim te ad se sublevare non
desinet nihilque tibi evenire permittet,
nisi quod tibi prosit, etiam si nescias.

Augustinus Hipponensis, *Soliloquiorum
libri duo*, 1.15.30 (CSEL 89, W.
Hörmann ed., p.44, ll.7-11).